Q. D. B. V.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO DOMINO,
FRIDERICO AVGVSTO,
PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS
SAXONICI HEREDE,

ex

Argumento

ANTIQVITATIS DEIPNOSOPHISTICAE,

PRAESIDE

C. SAM. SCHVRZFLEISCHIO,
Profess. Publico,

disputabit

M. IO. LEONARDVS BVCHTA,
Althemio - Francus.

AD D. XVII. MENS. MARTII,
A. O. R. cIɔ IɔCCIII.
IN AVDITORIO MAIORI.

VITEMBERGAE,
PRELO CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.

VIRO
Plurimum Reverendo, Clarissimoque,
DN. IOANNI BUCHTA
PASTORI fidelium coetus, qvi Alth
mii Christo colligitur, longe meritissimo,
PARENTI suo OPTIMO, et persanc
filii honore suspiciendo,

Specimen hoc Academicu
tanqvam certissimum grati a
pignus, cum voto
Σωματοψυχευτυχίας perpe
devoto;
dat, dicat, dedicat

Imqve

Obsequentissimus filiu

M. Io. Leonardus Bu



I.

Latini veteres cum permulta a foro mutuati sunt, tum pleraque etiam a rebus naturalibus, et partibus animantium desumta, scite usurparunt, et ad vim magnitudinemqve exprimendam, idonea tralatione adhibuerunt.

II. Duo in praesens afferam, qvae etsi nota, et pervulgata sunt, tamen eorum auctoritas exquirenda, et ab ultima adeo antiquitate est repetenda. Exempla nunc praebent vocabula *floris*, et *fellis*, qvorum alterum id, qvod in qvaqve re optimum est, et praestantissimum, alterum amarissimum aliquid, et gustui ingratissimum notat.

III. Ab illo ordiar, et *florem vini* exponam de vino, qvod aliis praestat, et primae notae est, lautissimum certe fragrantissimumqve. Apud *Plautum Curcul. A. I. sc. 2. a principio.* Eadem loquendi forma usus est in *Casin. A. III. sc. 5. v. 16.* et *Cistellar. A. I. sc. 2. v. 8.* qvum *florem Liberi* dixit, ut vel hoc repetitae dictionis argumento admoneamur, veterem in Casina lectionem, quam recentiores mutarunt, retineri oportere. Haud aliter legit *Aldus*, ante quem similiter expressit *Lucas Olchinensis*; secus atqve visum est *Io. Petro Vallae, Io. Adolpho Mulingo*, post eosqve *Adriano Turnebo, Ioachimo Camerario*, et *Friderico Taubmano* nostrati, qvi pro flore Liberi, flore *Libyco* (mendose Lyrico) scribendum putarunt.

IV. *Flos Liberi* in comoedia bene dicitur, et in mero vino servatur, quod cum aqua diluitur, flos ille cum colore perit, et vim amittit suam: Idcirco *Lena*, huius rei minime ignara, dixit, *merum infuscare*, id est, aqua miscere, qvo pacto merum esse desinit, nec prior vini color manet, *Cistell. A. I. sc. 1. 20. Infuscare*, germanum est Plauti verbum, et ad mutatum, affusa aqva, vini colorem

refertur, idque non Poetis tantum, sed etiam prosa usitatum, et his maxime, qui *Ciceronem* secuti, transl loquendi genere utuntur. Propria ergo vocis notic hac *Sarsinatis* comoedia, et deinde in Philosophoru qvi de rebus naturalibus scripserunt, monimentis qvaerenda. *Infucare* ab eo Comici loco alienum neqve a Cicerone ullo in loco usurpatum. Sed *infu* nomen semel ab eo, *sensu aiente*, positum legimus, con qvam vulgus sumit, et negandi significatione exponit

V. Haec formula diutissime fuit in consvetud Latini sermonis, et ab *Ennio*, *Livio Andronico*, et *P vio* usurpata est, qvam in fragmentis eorum, qvae fid rei faciant, observare licet. Capita et fontes licet quae mus in Graecia, in qua vox ἄνθος vim Latini nominis clarat; speciatim in *Archestrati*, quod superest, *fragm* to, ubi λευκὸν ἄνθος, de vino dicitur, apud *Athenaeu Deipnos. Lib. I.* qvod cum *Plinii* locutione congruit, a nominatur *flos vini candidus, lib. XIV. cap. 21. H. N.* Inde ginem ducit ἀνθοσμίας, qvo praestantis vini fragrant proprie significatur. Apud *Xenophonem Colophon* est οἶνος ἄνθεος ὀσδόμενος, vinum flores olens, id est ptimi, iucundissimique odoris. Aliquando *flos vini spuma tenuis*, in summo innatans, ut recte submonu *Dalechampius ad Plinium, c. l. Turnebus, Adv. L. XXIX. c. 33.*

VI. Vinum, quod myrrha infusa parabant vete *murratum* nominabant. Ab hoc diversum erat, q sine adiectione *murrhina* dicebatur, cuiusmodi illud qvod ex Plauto commemoravit *Plinius, H. N. l. XIV.* Huius notae vinum myro odore conditum erat, ctore *Plinio*, in *l. c. H. N.* At *murrhinus* odor est vi ex ungventis confectum, insigniterqve odoratum, *P A. V. sc. 4. v. 6.* Locus, qvem *Plinius* nominat, in illa, *Persa* inscribitur, comoedia, non extat hodie, et me

lesideratur. Nam ibi nihil de *murrbina* legitur, qvippe qvae diversa est ab eo potionis genere, quod *murratum* vocabant: nam illud qvoqve ex strutheis malis fiebat, id quod monendum duxi propter comoediam, cui *Persa* itulus est, *A. I. sc. 3. v. 7.* Mala struthea pro Cydoniis *Cato* dixit, *cap. VII de re rustica.* Fragmentum *Fabii Dorsenni* frustra alibi qvaeramus, quod ex comoedia, qvae intercidit, et ex eius *Acharistione*, cuius fabula quoque deperdita est, allatum Plinius ab interitu vindicavit. Alter *Plauti* locus, qvem ex *Pseudolo* memorat, recte se habet, t legitur *Act. II. sc. 4. v. 51.* Mendum in Plinio, *miro odore*, *ro myro odore*, iam pridem ab eruditis animadversum, ed non satis recte castigatum est. *Hermolaus Barbarus*, mendatae latinitatis interpres, idoneas mutandae lectionis rationes habuit. Sed ab hoc discessit *Antonius larus Sylvius*, qui novam emendationem sibi vindicait. Nec melior coniectura fuit *Sigismundi Gelenii*, et *icobi Dalechampii* in *annot. ad h. l.* Graecis est ὁ μυῤῥίνης ος, a quo Latinum nomen murrhina oritur, sed usu Latinorum non alio, qvam foemineo genere usurpandum.

VII. In sacris *vinum* erat *mulctarum*, praeter ius rogatarum, cuius meminit divinus vates *Amos, Cap. II. 8.* XX. transferunt οἶνον ἐκ συκοφαντιῶν, *vinum ex calumni*. *Theodoretus* exponit, οἶνον ἐξ ἀδικίας πεπορισμένον, *inum ex injustitia acquisitum.* Explanator *Chaldaeus* nominat *vinum rapinae*. In *Ebraeo* fonte est vinum *damnatorum*, sive ut *Pagninus* bene reddit, *mulctatorum*. criptor sanctus intelligit vinum, qvod ex eorum ineis coëmptum est, qvos vis oppressit, et calumnia bonis, fortunisqve omnibus per injustas iudicum ntentias, evertit. Ex eo, ut sic dicam, mulctatitio vino, limDiis libatum est, et perfecto ritus profani sacro, convivium deinde institutum, et qvod ex sacrificio reliqvum

 erat,

erat, a superstitiosa gente, qvae gulae id dare voluit, co
sumptum. Qvo significatu supplicationes, ut *Isido*
explicat, dicuntur, *quae sunt de bonis passorum supplicia;*
VI. In hanc sententiam *Servius* verbum *indicere* Ver
lianum *de bonis damnatorum* interpretatur. *Aen. I. 636.*

IIX. Ritus *coronandi crateras* vinarios ut a sup
stitione ortus, sic antiqvissimus, et ab *Homero in Iliad*
proditus est; a qvo accepit *Vergilius*, et Homericum
qvendi genus κρητῆρας ἐπιστέψασθαι, quo duobus in locis
sus est, Ionico sermonis genere μετωνυμικῶς exprim
dum putavit. *Aen. I. 728. & VII. 147.* conf. *Athenaeus*
pnos. l. XV. Ritus coronandi *focum*, qvi ad placand
Lares pertinebat, ex *Catonis* libro intelligitur, et vete
Comici testimonio comprobatur: illius villicae offici
commemorantis, *de re rust. cap. CXLV*: huius *Euclione*
inducentis, et coronas floreas in foco lari imponere
lentis, *Aulular. A. II. sc. 8. v. 15.* Cum agros, terras, f
dos lustrarent Qvirites, Diis libantes, vino, religio
causa, praefati sunt, apud *Catonem de re rust. Cap. CXLI.*
Aldin. et Plantin. Apud eundem legitur *praefato*, in m
do imperandi, pro praefator, *cap. CXXXIV.* Eodemqv
gnificatu legitur *praefamino*, significatu imperandi: vu
enim, et inepte, nomen esse, arbitrantur. Ab eodem *pr*
natum dicitur, qvod fano dicatum, Diisqve sacratum
ibidem *c. CXXXII.* Qvod ex Varrone et Festo Lauren
gius explicare in antiqvario debuisset. Vinum, qvo
gus respergebatur, respersum dixerunt, de qvo ext
antiqvissimum Legis Postumiae, Rege Numa, lata
put. VINO. ROGOM. NE. RESPERGITO. *Rogom*
rogum, qvod et Comici ἀρχαΐζοντες imitantur. *Plinius l.*
c. 12. Respergito, antiqve scribitur, respargito. Sic *Cato*
carpito, extulit, pro decerpito, *cap. CXII.* Ad prius i
spectat Cicero *de Legibus l. II.*

IX.

IX. Vina, qvae ab regione eius nominis, *A-inea* dicuntur, a Galeno aſpera, ab aliis dulcia ɔpellantur. Qvod argumento eſt, non unius ea fu-ſe generis, qvod perinde obſervandum, qvum de vi-s Campaniae ſermo eſt, qvae nobiliſſima vocat *Plinius*, *N.L.XIV.c.21.* E diverſo *Theophilus* Graeci iuris inter-res, vinum Campanum inter peſſima Italiae retulit, aud dubie eam ob cauſam, qvod inter montes vitibus onſitos alii aliis praeſtarent, maxime Gaurus, Falernus Maſſicus, qvi paſſim a Poëtis laudantur. *Gaius IC.* entionem facit vini Campani, eiusqve optimi, *l.74.§. ı.π.de verb.obligat.* Vere igitur meritoqve *Theophi-m* hac in re tuendum ſuſcepit *Marcus Lyclama, membra-ır. l. VII. Eclog.15.* Ceterum in Catone depravata eſt riptura, *aminneum*, pro amineum. Nec melior eſt, *ami-um*, pro amineum, *cap.CVI.* Teſtis eſt vetus inſcriptio. INEAM. VOBIS. AVGVSTALES. IDCIRCO. DARI. OLO. QVAE. EST. AMINEA. Plinius *Ammineum* ſcri-ſit, quod miror, cum alias auctoritatem Virgilii ſeqva-ır, qvem collaudat merito, et *praecellentiſſimum vatem* ocat, in prooemio libri qvarti decimi, ubi de vitibus et inis tradit. *MS.Virgilii codex* mecum legit, et argumen-ɔ eſt, Plinii ſcripturam eſſe mendoſam. Alioqvin ex *Vir-ilio* delenda eſſet coniunctio metri cauſa in hunc mo-um: *Sunt Ammineae vites*, qvod refellit vetus ille et pro-ıs codex, ſuffragatur *Vaticanus*, ex qvo exprimendum *ierius* curavit. Graeci ἀμιναῖον ſcribunt: horum ſcribendi ɔrem ſervant *Dioſcorides, Galenus, Aëtius*: Latini, praeter *uſonium*, fere omnes, inter iureconſultos etiam *Pro-ılus*, cuius lex in *Pandectas* relata eſt, eo iuris titulo, qvo raecipitur *de tritico, vino, vel oleo legato, l.16.ult.§.2.* Ita *Vo-ſcus* hiſtoricus, *Servius Grammaticus*, *Serenus Sammo-icus* Poeta medicus, ratione dictionis non ſpernendus auctor,

auctor, et *Macrobius* etiam in *secundo Saturnaliorum* *libro*. Nulla hic *Ausonii* auctoritas est, ne in oratio qvidem numeris astricta, propterea qvod secunda tertia syllabae moram habeant longam, priorem auct ritate veterum, alteram et penultimam propter dip thongum. Ineptivit *Philippus Beroaldus*, qvi testim nio Ausonii adductus, penultimam corripiendam ess docet, *Virgilii* autem versum ita legendum esse, ne v sus claudicet: forsan dicere voluit, propter decorum et caesuram, *in annotationibus ad Columellam, in v. Aminea* Nihil definit *Taubmanus noster*. *Virgilii* versum sine tio legimus, *Georg. II. 97.*

Sunt et Amineae vites, firmissima vina.

Praestat scribere, *Amineae*, quam Aminaeae, si co svetudo Latini sermonis spectanda est, qvanqvam *ali* et inter hos *Proculus*, in syllaba penultima diphth gum expresse, et Graecorum more ponunt. *Alcia* legit. *Sunt etiam Amineae*: perperam, quia corripit sec dam et tertiam syllabas, *Ausonii* exemplo, sed Poeta recentioris, quam ut eius auctoritate prosodiae ra nes constituantur. Amplius lego *firmissima*, non for sima, qvam causam iuvat consensus codicum: acce qvod vates tradere instituit, non qvam fortia, et gene sa haec vina sint, sed qva firmitate durent, et retine vim suam. Servius dicta putat *Aminea*, tanqvam *ne minio*, hoc est, sine rubro colore essent. Atqvi ipsomet *Plinio* constat, *Aminea* non tantum alba ext se, sed etiam nigra, ut idem ille auctor *capite tertio* *praedicti* confirmat. *Vopiscus* narrat, Tacito Imperi auspicato, vitem, qvae uvas *Amineas*, easqve albas t set, purpureum induisse colorem, in *Floriano Cap IV.* *us Caesar Capacius* vinum *Pausilypanum*, a colle v Neapolitanae vitifero dictum, prae Amineo laudat, *bi*

Ne.

ipol. l. II. c. 2. Ante eum *Andreas Baccius*, qvi de *vinis*, visqvam alius, erudite scripsit. *Carolus Stephanus* hoc argumento accurationem mihi suam non pro-vit, *in Vineto, p. 331.* Diversum est *vinum Amarena-*, *Plinio* et veteribus ignotum, de quo legendus *Petrus Crescentius, l. IV. c. 41. de agricultura*; me-nitque eius *Fr. Rubeus* medicus Genuensis, *Noct.* rc. XXXIII. et in eum *Schol. Io. Garmers.*

X. *Vina diffundere*, *Proculus* dixit Iurisconsultus, nque formulam ex *Catone*, *Columella* et *Plinio* sum-, quod ita explicandum est, ut de vino non sta-consumendo, sed in vasis reponendo et retinen-ntelligatur. In quo cernimus veterum diligen-n, quod non promiscue locuti sunt, et vocabula isque rei propria delegerunt pariter, atque di-xerunt. Illud ergo vinum proprie *diffundi* dice-ur, quod asservandi causa in dolia fundebatur. oquin usitatae *Catonis* locutiones, *vinum fundere*, *ndere, transfundere, cap. CXII.*

XI. *Vinum concinnabant* veteres, quum id ad u-suos parabant apte, et componebant, et ideo o-am dabant, ut custodirent probe, integrumque arent. Est sane dictio illa *prosaica*, et Catonia-*in lib. de RR. cap. CXV. et CXXII.* *Onerare vina* se-se habet, et, tanquam locutio numeris astricta, nis vatibus relinquitur, sine *hypallages* figura, m interpretes tradunt, et ex ingenio commini-tur. Vsurpavit eam *Petronius in fragmento Tra-nsi*, atque ex *Aeneide I. 199.* deprompsit, quum di-voluit, quod prosa dicendum praecipit, *vinum ere in cados.* *Petronius* enim non tantum a mun-veterum, sed etiam a gravitate discessit, et inter-

 dum

dum plebeia, saepe etiam poetica ascivit, et ve
melior, quam prosa fuit.

XII. *Vinum Androcydes* vocat *sanguinem ter* auctore *Plinio H.N. lib. XIV. c. 5.* Sanguis hic pro su sumitur, quo pacto memini dicere *Aeschylum*, σαφυλῆς, id est, sanguinem, sive succum uvae. te eum *Hesiodus* vinum dixit *uvarum sanguineum ro* tralatione pulchra, et circumlocutione non in ganti, βοτρύων δρόσον αἱματόεντα. In *libro Originum saicarum* αἷμα σαφυλῆς a LXX. ex Ebraeo codice pressum est, *cap. XLIX. 11.* quod veterem tralatiti que loquendi formulam ostendit. *Prosaici*, spe tim historici dicunt ἀμπέλε τὸν καρπὸν, ut *Dionysius licarnasseus.*

XIII. Diversa ratione sacri scriptores, *uv fellis* appellarunt, quando uvam multo amarissim significare voluerunt. Itaque LXX. ut praestar interpretationis suae fidem, σαφυλὴν χολῆς redd runt, *Deuteron. XXXII, 32.* Sic in eodem *quincto libro, XXIX, 18.* legitur ῥίζα φύεσα ἐν χολῇ καὶ πικρί est, radix gignens, sive germinans (non cicuta et absinthium, sed) *fel* et *amaritudinem*, sermone lato, et summam hominum impietatem signifi te, quum radice corrupta, animisque contagione lerum pollutis, fructus nihilo meliores proveni et vitia quoque vitiis cumulantur.

XIV. Singulare est, neque hic praeter dum, quod *Plinius fel terrae* dixit *herbam omnium terra crescentium amarissimam*, qualis est *Centau* speciatim *minus, lib. XXV. c. 6. H. N. In editione Dalec piana, a Marniis et Aubriis* curata, inest supinae c dam negligentiae mendum, in qua *vel* pro *fel* e sum notamus. Atque hoc proprie amarum est

etum acre, et quando optimum est, acerrimum. m hoc pulcherrimum vocat *Cato de RR. cap. CIV.* on aliter *Varro* loquitur, sed Poetae acre inter- m et mordax, etiam extra sermonis translati fi- ;,in hoc argumento commutant. *Acerbus* de is uvisque immaturis dicitur, quod ex usu *Catonis* nuo constat, acerbissimam oleam dicentis, *cap. LXV.* *phaces* sunt uvae acerbae, ex quibus vinum para- , *omphacomelites*, apud *Dioscoridem de med. mater.* *. cap. 31.* Qui alio in loco omnia fellis genera *ᾳῶα* vocat, id est, gustui acerba, sed acria exponit *erpres, l. II. cap. 96.* Proprie *πικρὰ* dixisset. *Plautus* er archaismos proprietatis amans, dicit: *fel, quod arum est, in Casina A. II. sc. 3. v. 7.* Alibi *corda in sita* dixit, *Trucul. A. II. sc. 2. v. 77.* Ita *Aldus*, et libri teres, multo rectius, quam hodie legunt, *corda e sunt lita.* Sensus a contrario, aliud postulat, et rbum linendi cum felle componi non sinit. Quod valet, ut *sita* retineamus, et antiquae lectionis stigia sequamur. *Dinarchus* ibi *Astaphium* famu- n alloquens tradit, *linguas fallentium amicarum in lle sitas*, id est, sermone blandiri, et verbis amo- m prae se ferre: sed ex adverso *corda in felle sita*, est, propter spem lucri interceptam, re et senten- dissentire, atque animos adeo illarum esse alie- ores, et acerbitatem odii in cordibus earum, quasi obtecto clausoque loco, tanquam amarum acetum condi. Hinc addit exaggeratque, dum ait: *corda felle sunt sita, atque amaro aceto*: in felle, inquam, on felle, veteres libri habent: sed verbum *linendi* non construitur, neque praepositionem recipit, od omnes, etiam literis initiati sciunt. *Thomas Bar- olinus* utramque lectionem ponit, neutram reii-

 cit,

cit, rem in medio relinquens. Meam lectioner qua ad vocem, *sita*, pertinet, tuentur *Georgius* *xandrinus, in antiquissima editione Tarvisiensi*, *Bernar* *Saracenus*, *Georgius Valla*, *in editione per Lucam Olcbin* *sem Venetiis curata*, *Adelphus Mulingus in pervetusta* *tione Argentoratensi*, *Dionysius Lambinus*, *Io. Sambucus*, *Coelius Secundus*. Sed vocabulum, *lacteque*, in versum mici non perinde omnes receperunt, quod primu recipere ausus est *Dionysius Lambinus*, post eum *lius*, et plerique recentiores. *Fellicula* a felle, non vox Latina, neque ea legitur apud *Columellam*, *filicula*, eaque herbula, nomine a *filice* deducto. *dose* etiam scribitur, *filiciola*, *Graecis* est *polypodium*, ctore *Plinio, H.N. lib. XXVI. c.8.*

XV. *Litus* alioqui saepe in prosa legitur, et citur *de partibus Neronianae domus*, quibus aurum it inductum erat, ut pro tectorio esse posset. Ap *Tranquillum, in Nerone cap. XXXI.* Parum dicunt, *litum* ibi tantum auro distinctum bracteatumqu cum *Beroaldo* exponunt. *Tranquillus* enim postqu in *ceteris Neronianae domus partibus cuncta auro lita* psit, statim subiicit, illa quoque *distincta gemmis u* *numque conchis fuisse*. Auro igitur non distincta, sed ta, gemmis unionibusque internitentibus fulgeba *Iustus Lipsius* hunc locum omnino dignum putavi quem in *librum III. cap. ult. de magnitudine Romana* ref ret, sed variam duntaxat lectionem subiunxit: t pro *fistulatis* ibi legendum est, *fistulatae*, id est, coe tiones, de quibus ibi sermo est, quarum, praeter *S* *tonium*, *Seneca* et *Lampridius* meminerunt. Cave conviviis accipias, quandoquidem locus, in quo c nabant Quirites, *coenatio* dicebatur. Perinde ut eod loquendi more, *aratio*, non actum arandi, sed agru

eu

umque publicum more Quiritium denotavit, quem
icero in *Verrinis* decumanum vocat, qvi decimam
artem fructuum Imperio in singulos annos prae-
abat. Tales erant omnes agri Siciliae civitatum, ut
ocet orator, in *Verrina III.* Hi enim Siculis non ab-
ati, sed redditi, et P. R. vectigales facti, neutiquam
ublici erant, nec divisi et assignati, neque *limitati*,
uorum hi iterum a *limitaneis*, et utrique rursus ab
gris limitrophis* distinguebantur. Quod ex *Siculo Flac-*
, et ex *Aggeno* constat, atque ad *Livium Lampri-*
umque explicandos spectat, quin et variis Quiriti-
n legibus, in pandectas et codicem relatis, lucem
fert. Ab decumano agro dictum est *frumentum*
cumanum, in *Verrin. I.* Vt vero agrorum varia con-
tio, sic frumentorum diversa ratio, et insigne di-
rimen fuit, atque in his facile primas tulit *siligo*,
am vulgo cum *secali*, et *olyra* confundunt. Ideo
nis ex siligine fuit lautissimus, et, teste *Iuvenali*, di-
um proprius, ac passim ab antiquis scriptoribus
datus, *Satyr. V. 70.* Ex tritico siliginem fieri, do-
t *Celsus*, *lib. II. c. 17.* Diligentissimus Romanorum
nius, *siliginem tritici delicias* vocat, *l. XVIII. c. 8.* *Ga-*
us σιλιγνίτην panem siligineum dicit, eumque simi-
gineo praefert in *libro de alimentis* inscripto, eo-
e *primo*, quem et sequentes duos in Latinum con-
rtit *Martinus Gregorius*, Medicus quondam Pari-
nsis.

XVI. Quaeri hoc in loco potest, an *poenae et*
bri causa fel cum cibo interdum fuerit permixtum.
que enim nunc loquor de morborum remediis,
bus fel animantium saepe adhiberi consvevit, ut
iet ex *Galeni* libris *de compositione pharmacorum con-*
ptis, ubi fel piscis phagri, et fel erinacei terrestris,

item chamaeleontis, et hyaenae feminae ad ev lendos palpebrarum pilos inutiles, pungentesqu praescribit, quod vitium Graeci *tricbiasin* vocant Ergo huius instituti ratio in eo posita est, ut fel esculentis removeatur, praesertim recens, quod n sumptum est vescendi causa, sed medendi. Sun tamen, qui existiment, fel aridum aceto inditu huiusque vi emollitum, partes ad comedendi usu idoneas praebuisse. Qua in sententia fuit *Euthymi* qui fellis aceto macerati *fragmenta*, pro *buccella* par Christo in supremo certamine laboranti, tradita fu se, arbitratur. *Augustinus* ab *Eutbymio* dissentit, et fel lud, quod Christo praebitum est, verum fuisse, in ciatur, *L. III. c. 11. de consensu Evangelistarum*. Pr terea dubitat, utrum idem, an diversum fuerit num *myrrbatum*, et vinum cum felle atque aceto p mixtum, quod milites Christo sitienti praebueru Atenimvero nihil causae est, quamobrem Graec χολῆς vocabulum aliter, ac proprie, capiamus. Pr sertim cum describatur acetum felle mixtum, q ex duabus, ac dissimilibus certe rebus constaba Id vero erat acetum, summa amaritudine pra tum, neque ab ullo tenuis fortunae homine, ned a gregario milite bibebatur. Equidem simple cetum, Romanis ad egestatem redactis, familiare pro vino bibi solitum, non ignoro. Quorsum ctat *Vlpianus in lege 9. §. 1. π. de trit. vin. vel ol. leg.* le igitur acetum vini numero habitum, et ab eg tibus, atqve infima conditione hominibus, maxin vero a militibus, bibendi causa usurpatum est, q docet luculenta constitutio, quae extat in Codic inscribitur de *erogatione annonae militaris, l. 1.* Qu ceti genus in locum *Matthaei* non convenit, ace

q

uippe, iniecto felle, commixtum, et longe amarius, am ut bibi posset, paratum confectumque describentis. Itaque eius potu refugiebat Servator, et supremo certamine defungetur. ὄξ@, inquit *Matthaeus*, (non οἶν@, ut quidam male fingunt) *μετὰ χολῆς μεμιγμένον, XXVII, 34.* Alibi fateor, λή, et inprimis apud scriptores profanos, quamvis amaritudinem, sive fellis, sive absinthii, seu myrrhae significat, hic propriam omnino significationem tuetur. Milites enim nihil ad summum ludibrium reliqui faciebant, potumque ita praeter consuetudinem miscebant, ut Servatori eo ingratiorem redderent, rientique etiam novam fastidii molestiam exhiberent. Nec o corroborandi causa acetum dabant, ut poenas diutius sustinet Servator, sed eo ad bibendum, pro vino utebantur, ut teter viverent, stipendioque contenti, parsimoniae studerent. irco *Pescennius Niger* vita gravis, et virtute Imperium ades, milites voluit iussitque universos aceto esse contentos, ut itur apud *Spartianum, in eo cap. X.* Postea militari licentia risum, et iocum effusi, paratum potioni suae acetum felle miebant, ut morituro Servatori illuderent, non quo eius vires rearent. Quod si ita factum est, suggerentibus consilium Iuis, non tamen more Iudaeorum Romani fecerunt quicquam, facere voluerunt. Nugas agunt, qui in hac meditatione de, in felle vim inesse balsami gloriantur, eique facultatem trint confirmandi vires, et conservandi vitam, quos ingenio indulgere patiamur, ideo quod Romani milites cum Centue suo, ne per somnium quidem de hac aceti virtute cogitat, multo minus ob eandem causam fel aceto miscuerunt. que in praesens exquiram Abyssinae gentis morem, de quo lit *Franciscus Alvarez*, eam felle in cibis salsi condimenti sa delectatam, quod de reliquis, praesertim Europae gentinon perinde est literis mandatum, in quo cernitur potissim condiendi usus, non comedendi.

XVII. Sed utrum vinum *myrrhatum*, quod Marcus commeravit, felle mixtum, an ab hoc diversum fuerit, breviter strictim exquirendum suscipiamus. *Augustinus* Hipponis praesul, resere magis, quam definire voluit, vir limato alioquin iudicio, uinto post natum Servatorem seculo, inter patres Afros optime

pro-

promeritus, et tota mente animoque res sacras contemplatus, *libro III. de consens. Evangel.* Ego rerum argumentis confirmatu non dubito, quin ex sententia Marci vinum myrrhatum ab acet cum felle permixto, distinguatur. Narrationis series diversit tem indicat, non modo temporis, sed etiam rei gestae: vinun myrrha conditum Servatori prius oblatum est, quam ex cruce p pendit; acetum felle mixtum in cruce affixo, et sitienti praebitu fuit: praeterea hoc diversa appellatio firmat: vinum enim my rhatum ab aceto permultum distat, etiamsi acetum vini lo interdum, et aestimatione Romanorum, propter tenuis fortun homines, habeatur. Non tamen acetum proprie vinum est, vini vitium, ut ait *Plinius, lib. XXIII. c. 1.* *Galenus* scribit; ὄξος τ νεῶτα, καὶ νεκρὸν εἶναι τὸ ὄξος. *L. I. c. 17.* de *simpl. medi facu* Philosophi enim, qui res naturales investigant, et Medici, qui cognitionem quoque rationem medendi adiungunt, accurate m gis, subtiliterque in hoc genere loqvuntur. Quidam ex inge addunt, vinum myrrhatum consopiendi causa Servatori fuiss oblatum. Cuius sententiae ratio ab *Hieronymo* reposcenda qui sopiendi vim myrrhae assignavit, in *Matth. XXVII.* et *Psa LIX.* quam inficiari nolim, quippe *Dioscoridis* auctoritate cor boratam, *l. I. c. 77.* Δύναμιν ἔχει καρωτικήν. At impii mili non eo erant animo, ut dolorem Servatoris lenire sopiendo v lent, quem intendi potius, quam levari cupiebant, eoque an ritudinem myrrhae, ut cruciato illuderent magis, et aegre cerent, comparabant.

XVIII. Demum cautio adhibenda est, ut *myrrhata* po a *murrhina*, quam plerique interpretes confundunt, recte disc natur. Quae res etsi minoris momenti videtur, tamen neg cta facit, ut explanatores ab ratione interpretandi decl nen nec vina myrrhata, et amara a dulcibus, et murrhinis disti gua Quod accidit *Theod. Bezae*, et *Iac. Gutherio*, qui multos, nec viter doctos, ut ab recta interpretandi regula deflecterent, exe plo et auctoritate sua adduxerunt. In aliam discessit sententi *I. C. Scaliger*, quod putaret, murrhinam vinum dici ex *myrti ba* confectum, quem secutus est Noricorum Medicus, *Casp. Hofm nus.* Nihilo rectius exposuit *Hier. Mercurialis*, nec meliu expedivit nuper *Io. Harduinus.*